



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

64. Consternatio Civium. Marlius Jurisperitus. Litteras novas Hagam infert.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1660.

In Ur-
bem per-
fert.

506 CHRISTOPH. BERNARD.

domum Senatoriam è vestigio ductum, tan-
tò benigniùs, lautiùsque habent, quanto
mulata viarum difficultas, vitæ periculum
perpeffum frigus, perduransque adhuc lass-
tudo, hominis figmenta, majorem prom-
p-
teri humanitatem videbantur. Circumite-
passim, & ut quisque cupidus erat rerum
Batavicarum, Equitem variè demulceret.
Ipse verò continuatâ secreti simulatione
quamvis non obscure indigitaret lausta, et
quamdiu multorum cupidinem sustentat,
donec è minoris sclopi fistulâ, creditur
papyrum operosè profert. Displicuit illi
Ordinum mens; nec minùs, post explicatos
characteres, consilia Aitzemani am-
plexum *projecti* denuò suadentis.

64.

Civium
conster-
natio.

Erant in Urbe non pauci, quibus ea cum
Batavis amicitia tractatùsque jam pridem
improbabantur; rati consultiùs futurum,
si quaesitâ popularium interventu concor-
diâ, Principis gratiam præhaberent. Sed
alii, qui desperatâ reconciliatione sibi me-
tuebant, nunc Principis sævitiam, nunc
Provinciarum benevolentiam extollendo,
tractis eâ susurratione in partem animis
plurimorum, faciliùs prævaluerunt. Ex his
autem novis, quæ nunc è Belgio adfere-
bantur, nata consternatio, Civitatem diu
aliquot suspensam habuit. Verùm ut in
spem pronæ sunt periclitantium mentes,
fiduciâ Batavorum subindè erigebantur.

Fortè

Fortè fortunâ per eos dies dabatur oppor-
 tunitas *Wesaliam* scribendi. Nonnemo
Marlius Jurisperitus isthic habitabat. Huic *Marlius*
 committunt, ut ipse Comitum-Hagam *jurispe-*
 properet, exorètque cum *Aitzemano* ab *ritus*.
 Ordinibus opem, & duobus, tribusve ex
 Ordine Senatorio diploma procuret liberi
 com meatûs, ut liceat concordiam in Hol-
 landiâ tractare; simul ac epistolam cre-
 dunt ad *Aitzemam* proferendam: cujus
 hæc ipsa verba erant.

Accepimus & cum summâ tristitiâ le-
 gimus extractum decreti vigesimâ nonâ Civita-
 Octobris lati. Quia verò precipue tua & tis novas
 statuum Generalium littera ab Episcopo Hagam
 intercepta sunt, nec nobis possibile, quen-
 quam e gremio nostro emittere, Doctori
 Marle vicino commisimus, ut Te humanis-
 sime salutet, & de statu nostro inquiret,
 rogantes fidelem, constantemq; operam
 nobis impertiri dignetur ulterius; quippe
 durissimum, iniquissimum, & sanguineis
 lacrimis deplorandum censemus, si hæc
 Civitas, pace & bello famosa, tot avitis
 privilegiis clara, per projectum nobis in
 auditis conceptum, quod certè nec pactum,
 nec mutuus contractus haberi, minus effe-
 ctui dari potest, facto Ordinum Genera-
 lium, in turpissimam & perpetuam servi-
 tutem redigi debet. Episcopus non semel
 dixisse fertur. Ordines vel me, vel Urbem

decipient. In Nos, pro dolor! fors illa
 cecidit. Vox populi est. Et sane, quod ab
 gravi & injustissima injuria denegat
 non potuit, audiri debuimus, nec innocen-
 tes nec inauditi, uno projecto condemna-
 ri. At vero, si necdum arctiora à Casar
 mandata advenerint, nec propinqua
 eorum affulgeat, ut primum de eo certu-
 res facti fuerimus, mentem nostram
 projecto finaliter & sine mora aperiemus
 petentes ut, si fieri possit, saluus con-
 stus pro uno, alterove ex Ordine No-
 ad vos deputando ad tractandum &
 transigendum super projecti contentis, per
 Ordines vel Residentem Casaris, ab Ep-
 piscopo obrineatur. Interim via ad hoc
 aperta ibidem conservetur; nec nocent
 si forsan hic cum Episcopo nos tractari
 spergeretur. Optaremus quoque scire ten-
 rem litterarum Ordinum, aliarumque
 terceptarum. Valeat & faveat constan-
 ter. Decima tertia Decembris. Signatus
 Hollandius P.S. Scribatur quoque Viennam
 ut urgeatur apud Casarem.

65. *Eius & Aitzema-
 mani sollici-
 tatio.* Has Marlius Hagam ipse perfert, &
 impigre una sollicitate effectum argumendi
 Nec passus suas Patroni partes desiderari
 Aitzema, cum fasce litterarum Monasteri-
 riensium compita pererrans, singulos Pro-
 vinciarum, & imprimis Hollandiae Proceres
 salutat. Quae pridem ab Urbe beneficia Reip.
 oblata